

FEBRUARY 6, ST. TITUS, BISHOP & CONFESSOR	
<div>Errors? help@extraordinaryform.org</div>	
<p>St. Titus, the first bishop of the island of Crete, died about the end of the First Century of our era. He received from St. Paul an Epistle, which, with the two Epistles to St. Timothy, forms the group known in the New Testament as the Pastoral Epistles.</p> <p>Commemoration of St. Dorothy: St. Dorothy, a virgin martyr, was beheaded under Diocletian at the beginning of the Fourth Century. Legend says that at the moment of her martyrdom the lawyer Theophilus begged of her flowers of Paradise, which she sent to him.</p>	

<p>INTROIT Ecclesiasticus 45: 30 Státuit ei Dóminus testaméntum pacis, et príncipem fecit eum: ut sit illi sacerdótii díginitas in ætérnum. (Ps 131: 1) Meménto, Dómine, David: et omnis mansuetúdinis ejus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Státuit ei Dóminus testaméntum pacis, et príncipem fecit eum: ut sit illi sacerdótii díginitas in ætérnum.</p> <p>COLLECTS Deus, qui beátum Titum Confessórem tuum atque Pontíficem, apostólicis virtútibus decorásti : ejus méritis et intercessióne concéde ; ut juste et pie vivéntes in hoc sæculo, ad cæléstem pátriam perveníre mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.</p> <p><i>(For St. Dorothy, Virgin and Martyr)</i> Indulgéntiam nobis, quæsumus, Dómine, beáta Dorotheá Virgo et Martyr implóret: quæ tibi grata semper éxstitit, et mérito castitátis, et tuæ professióne virtútis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.</p> <p>LESSON Ecclesiasticus 44: 16-27; 45: 3-20 Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuít Deo, et invéntus est justus: et in témpore iracúndiæ factus est reconciliátio. Non est invéntus símilis illi, qui conservávit legem Excélsi. Ideo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam. Benedictiónem ómnium géntium dedit illi, et testaméntum suum confirmávit super caput ejus. Agnóvit eum in benedictiónibus suis: conservávit illi misericórdiam suam: et invénit grátiam coram óculis Dómini. Magnificávit eum in conspéctu regum: et dedit illi corónam glóriæ. Státuit illi testaméntum ætérnum, et dedit illi sacerdótium magnum: et beatificávit illum in glória. Fungi sacerdótio, et habére laudem in nómine ipsíus, et offerre illi incénsum dignum in odórem suavitátis.</p> <p>GRADUAL Ecclesiasticus 44: 16 Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuít Deo. (Ecclus 44: 20) Non est invéntus símilis illi, qui conserváret legem Excélsi.</p> <p><i>(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)</i></p> <p>LESSER ALLELUIA Psalms 109: 4 Allelúja, allelúja. Tu es sacérdos in ætérnum, secúndum órđinem Melchisedech. Allelúja.</p> <p>TRACT Psalms 111: 1-3 Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Potens in terra erit semen ejus: generátio rectórum benedicétur. Glória et divítiæ in domo ejus: et justítia ejus manet in sæculum sæculi.</p> <p>GOSPEL Luke 10: 1-9 In illo témpore: Designávit Dóminus et álios septuaginta duos: et misit illos binos ante fáciem suam in omnem civitátem et locum, quo erat ipse ventúrus. Et dicébat illis: Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis, ut mittat operários in messem suam. Ite: ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte portáre sácculum neque peram neque calceaménta; et néminem per viam salutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis, primum dícite: Pax huic dómui: et si ibi fúerit fílius pacis, requiéscet super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertétur. In eádem autem domo manéte, edéntes et bibéntes quæ apud illos sunt: dignus est enim operárius mercéde sua. Nolíte transíre de domo in domum. Et in quamcúmque civitátem intravéritis, et suscéperint vos, manducáte quæ apponúntur vobis: et curáte infirmos, qui in illa sunt, et dícite illis: Appropinquávit in vos regnum Dei.</p> <p>OFFERTORY Psalms 88: 21-22 Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliábitur ei, et bráchium meum confortábit eum.</p> <p>SECRETS Sancti tui, quæsumus, Dómine, nos ubíque lætificent: ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.</p> <p><i>(For St. Dorothy, Virgin and Martyr)</i> Hóstias tibi, Dómine, beátæ Dorótheæ Vírginis et Mártiris tuæ dicatas méritis, benígnus assúme: et ad perpétuum nobis tríbue proveníre subsidium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.</p> <p>COMMUNION Luke 12: 42 Fidélis servus et prudens, quem constitúit dóminus super familiam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram.</p> <p>POSTCOMMUNIONS Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, de percéptis munéribus grátias exhibéntes, intercedénte beáto Tito Confessóre tuo atque Pontífice, beneficia potióra sumámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.</p> <p><i>(For St. Dorothy, Virgin and Martyr)</i> Divíni múnemis largitáte satiáti, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, intercedénte beáta Dorotheá Vírgine et Mártyre tua, in eius semper participatióne vivámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.</p>	<p>The Lord made to him a covenant of peace, and made him a prince; that the dignity of priesthood should be to him forever. (Ps. 131: 1) O Lord, remember David: and all his meekness. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Lord made to him a covenant of peace, and made him a prince; that the dignity of priesthood should be to him forever.</p> <p>O God, who didst adorn blessed Titus, Thy confessor and bishop, with apostolic virtues; grant that through his merits and prayers, we may live justly and piously in this world, and thereby made worthy to arrive at our heavenly country. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.</p> <p><i>(For St. Dorothy, Virgin and Martyr)</i> May blessed Dorothy, Virgin and Martyr, who was ever pleasing to Thee by the merit of her chastity and by her trust in Thy power, implore for us Thy forgiveness, we beseech Thee, O Lord. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.</p> <p>Behold a great priest, who in his days pleased God, and was found just; and in the time of wrath was made a reconciliation. There was not any found like to him, who kept the law of the Most High. Therefore by an oath the Lord made him increase among his people. He gave him the blessing of all nations, and confirmed His covenant upon his head. He acknowledged him in His blessings: He preserved for him His mercy: and he found grace before the eyes of the Lord. He glorified him in the sight of kings, and gave him a crown of glory. He made an everlasting covenant with him; and gave him a great priesthood; and made him blessed in glory. To execute the office of the priesthood and to have praise in his name, and to offer to him worthy incense for an odor of sweetness.</p> <p>Behold a great priest, who in his days pleased God. (Ecclus 44: 20) There was not any found like to him, who kept the law of the Most High.</p> <p><i>(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)</i></p> <p>Alleluia, alleluia. Thou art a priest according to the order of Melchisedech. Alleluia.</p> <p>Blessed is the man that feareth the Lord: in His commandments he hath great delight. His seed shall be mighty upon the earth: the generation of the righteous shall be blessed. Glory and wealth shall be in his house: and his justice remaineth for ever and ever.</p> <p>At that time, the Lord appointed also other seventy-two; and He sent them two and two before His face into every city and place whither He Himself was to come. And He said to them: The harvest indeed is great, but the labourers are few: pray ye therefore the Lord of the harvest that He send labourers into His harvest. Go, behold I send you as lambs among wolves. Carry neither purse, nor scrip, nor shoes; and salute no man by the way. Into whatsoever house you enter, first say: Peace be to this house: and if the son of peace be there, your peace shall rest upon him: but if not, it shall return to you. And in the same house remain, eating and drinking such things as they have: for the labourer is worthy of his hire. Remove not from house to house. And into what city soever you enter, and they receive you, eat such things as are set before you; and heal the sick that are therein; and say to them: The kingdom of God is come nigh unto you.</p> <p>I have found David My servant, with My holy oil I have anointed him: for My hand shall help him, and My arm shall strengthen him.</p> <p>May Thy saints, we beseech Thee, O Lord, everywhere make us joyful, that, while we venerate their merits, we may experience their patronage. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.</p> <p><i>(For St. Dorothy, Virgin and Martyr)</i> Graciously accept the sacrificial gifts offered Thee, O Lord, through the merits of blessed Dorothy, Thy Virgin and Martyr, and grant they may prove an unfailing aid for us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.</p> <p>This is the faithful and wise steward, whom his lord setteth over his family: to give them their measure of wheat in due season.</p> <p>Grant, we beseech Thee, almighty God, that as we thank You for the favors we have received, we may, by the intercession of blessed Titus, Thy Confessor and Bishop, obtain still greater blessings. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.</p> <p><i>(For St. Dorothy, Virgin and Martyr)</i> We who have been refreshed by the richness of Thy divine sacrament beseech Thee, O Lord our God, that through the intercession of blessed Dorothy, Thy Virgin and Martyr, we may furthermore abide in its participation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.</p>
--	---